



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 30. Concilii Monasteriensis decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. *sistorio* quinque spectatissimos Præfules  
A. C. 1727. Cardinalium Albo inscripsit. Ex his  
primus erat Angelus Maria Quirinus  
Ord. S. Benedicti Congregationis Cas-  
sinnensis, Brixiensis Episcopus, Car-  
inalis Presbyter tit. S. Augustini.  
II. Didacus de Astorga & Cespedas  
Hispanus Toletanus Archipræfus, Car-  
inalis sine titulo. II. Sigismundus  
Comes de Kollonitz Archiepiscopus  
Viennensis Presbyter Cardinalis tit.  
SS. Marcelli & Petri. IV. Philippus  
Ludovicus Comes de Sinzendorff Jau-  
rinensis Episcopus, Presbyter Cardi-  
nal is tit. S. Mariæ supra Minervam.  
V. Joannes de Motta & Sylva Lusita-  
nus, Canonicus Patriarchalis Ecclesiæ  
Ulyssiponensis, Presbyter Cardinalis  
sine titulo, quia nunquam Romam  
venerat. Porro postremos hosce qua-  
tuor Cardinales Benedictus Papa die  
vigesima sexta Novembris promulga-  
verat.

### §. XXX.

#### *Concilii Monasteriensis decreta.*

Eodem hoc anno Clemens Augustus  
Coloniensis Archiepiscopus, S.R.I.  
Elector ac simul Monasteriensis Episco-  
pus Synodum Diœcesanam Monasterii  
die decima quarta Octobris habuit, in  
qua

qua graviter questus, quod in sepultu- Sæc. XVIII.  
ris non sine hæredum præjudicio im- A. C. 1727.  
moderatæ fierent expensæ, statuit, ut  
hujusmodi sumptibus deinceps parce-  
retur, & quod mere ad pompam de-  
servit, penitus tolleretur. Præterea  
Synodus ferio inhibuit, ne Clerici ve-  
stes variegatas gestent, quod si non  
paruerint, contra eos poena arbitraria  
agatur: Voluit etiam, ut qui ficta co-  
ma justis de cauſſis utuntur, nec ta-  
men prolixiorem, nec pulvere cyprio  
asperſam, aut Sacerdotali corona de-  
ſtitutam in Missa gerant, nec Parochi  
duplicia jura exigant, si Ordinarius  
ex iusta cauſſa dispensat, ut defunctus  
veſpere ſepeliri valeat. Præcepit etiam  
Synodus, ut ad Sacerdotium admit-  
tendi, prius per oſtiduum ſacris exer-  
citiis vacent, atque in obſervandis ce-  
remoniis exacti ſint, & ſæpius ac at-  
tentate rubricas relegant. Denique man-  
davit, ut juxta decretum Benedicti XIII.  
in litaniis majoribus post S. Joannem  
Baptistam addatur invocatio S. Josephi.

### §. XXXI.

#### *Josephi Sacripantis Cardinalis obitus.*

Ex Purpuratis numerantur tres, qui  
hunc annum vitæ ſuæ poſtremum  
ha-